

pollicentur, ut uana reliquo. Punici asserunt
quod Iaspis subuiridis alligatus dolores stoma-
chi & uentris lenit, & paralyfes placat. Di-
oscorides ait qui eam gestauerit tonitrua non
formidabit. Iaspis parturietes mulieres iuua-
re, & febre pellere dicitur. Galenum in annulo
gestasse nonnulli scriptum reliquere. Aristoteles
ipsam sanguinem restringere dixisse fertur. Iu-
uatque intercutem aqua alligatus, uulneraque ab
inflammatione & dolore custodit.

De Gemmis rubeis.

Inter gemmas quae rubro colore sunt, et plus-
cent Carbunculi principatum tenent, a similitu-
dine ignium ita appellati. & quod ipsi ignem non
timent. A quibusdam Apyroti uocantur, fulgorem
habent candidum, in extremo uisu rutilantem
etsi attollatur pene exardescens. Qui laeu-
dis et liuidis lucet. Lithozotas appellatur, ho-
rum genera sunt Indici et Grammatici, quos & Car-
chedonos dicunt, propter opulentiam Carthagi-
nis magnae. Sunt et Aethiopici qui in Dithosia
nascuntur. Alabandicos ueluti rudes atque im-
peditos uocant. qui perfecti Alabandes ceu mun-
dicius pes ciuesque oppidi dicuntur, hic ortum esse con-
iicio, ut gemmarum magones aliquos Amadinos,
aliquos Almadinos barbaram dicant, quos rerum
periti dum sequuntur pudendo errore, eisdem no-
minibus gemmas describunt, nec seipsum,
nec